

*)

ac cantu proferuntur. Vix ma-
num ad moverat Deus conden-
do mundo, cum lucidissimarii
instar stellarum Phosphori *An-*
geli adessent, & in honorem
Creatoris clangorem plenō o-
re ederent, Ejusq; potentiam;
sapientiam & bonitatem jubi-
lis s̄vaviter concinentibus de-
prædicarent. (a) Horum exem-
plum *Adamum Protoplastum* i-
mitatū esse, dubitare nos non
sinit Angelica ejus ante lapsum
perfectio, præsertim cum &
Chaldæum Interpretem hanc
Psalmo XCII. inscriptionem fe-
cisse constet: *Laus & Canticum,*
quod dixit Homo primus pro die
Sabbathi. Post Lapsum & qvidē
ante Diluvium non modo im-
pia Cananitarum soboles habuit
Jubalem, Patrem canentium ci-
tharā & organis; (b) sed & de
piis *Adamigenis* nullum est du-
biū, qvin inter alias partes
cultus divini publici, tempore
Enosi cœpti, (c) certæ precatio-
nūta

(a) vid. *Job. XXXVIII. 7. in quem locum e-*
legans D. Bebelii Program. extat in Se-
bast. Schmidii Dissert. Academ. p. 599. f.
(b) *Gen. IV. 21. (c) Gen. IV. 26.*